

R 278/7-a



Anno Millesimo Septingentesimo Decimo,

MERCURIUS VERIDICUS

HUNGARIA.

Ujvár, sive Neuhäusel, quartâ Januarii.



Elicia nobis Novus Annus producit initia, Parthia enim nostra Equestris, quæ Trans-Vagum ad Annonæ comportationem urgendam excuterat, cum Cæsareum Generalem Campi-Marschallum *Heister* parvo comitatu Pofonium versùs tendere intellexisset, citato cursu eundem persecutùs est, qui nisi spatio mediæ horæ Pofonium se recipisset, prout antè duos Annos *Starnbergius*, ita hic quoq; in captivitatem incidisset. Felicitus tamen alteri Parthiæ res cessit, sub Capiteo *Javorke*, quæ perfidum illum *Ladislauum Oiskay*, olim apud nos Brigaderum (qui ejuratâ fide, post Prælium Trentsiniense ad Cæsarianos profugit,) commilitonibus ejus ultra triginta trucidatis, vivum nobis attulit, Militiâ Præsidariâ inexplicabili cum indignatione patibulum & furcam, antequam vel ad Commendantem nostrum deduceretur, contra eum conclamante, & vix jam ipse Commendans fervorem Militum mitigare poterat, nisi Jure Belli convictum, quâ iniquum Patriæ & Confederationis Proditorum (pro quo flexis genibus ad minuendam mortis poenam apud totam Militiam Frater ejus *Alexander* apud nos Vice-Colonellus iustitit) hodie manu Cæsaris decollandum curasset.

Casso-

Cassoviæ, quintâ Januarii.

Serenissimus Princeps convocatis undiq̃e Copiis, adjunctisque *Potoczkiannis*, ad actualia Regni servitia se se jam applicantibus, *Agriam* versus hinc proficiscitur, ut Scativa hostis in *Lofontz*, *Zeritseny*, *Vadkert* locata adoriatur, ac *Casarianos* ab *Obfisione Leuissoviensis* avocet, qui ante paucos dies Civitatem *Kesmark* adorti, postquam se Civēs insaultæ eorum discrecioni submiserunt, ac in Civitatem intromiserunt, sex principiorum Civium capita per carnificem sustulerunt, clarò Hungaris exemplò ad constantiam, ac assuetam *Cæsareanorum* contra Jura Belli præxim.

Eperies, quintâ Januarii.

A pud nos omnia ad defensionem disponuntur propter vicinitatem hostis, statq̃ communis Civium resolutio, se ad extremum tueri velle, exemplò *Leuschorviesum*. Cæterim hodie informatio ad nos pervenit, quòd cum Equestris Militiæ Prætorianæ *Brigaderus*, *Ordodi*, ad inducendum in Arcem *Scepussensem* commeatum cum suis copiis movisset, *Cæsareani* resistere cœperunt; sed eosdem usq̃ ad Oppidum *Lubomirskianum* *Varallyz* repulit, Commendante eorum, Supremo *Vigillarum* Præfecto, *Regiminis* *Polskeliiani*, cum aliis pluribus Officialibus, & Gregariis vulneratis, ac plusquam quinquaginta in loco trucidatis, ex parte verò nostra duodecim Gregariis, ac uno Capitano, *Sindor*, desideratis, duobus autem vulneratis.

Cassoviæ, decimâ Januarii.

Fassoviâ, ubi excubiæ contra hostem locatæ sunt, *Curritus* advenit referens, quòd eos heri colluvies quædam Militiæ, ex Germanis, Polonis & Sclavis constare, sub antesignano *Ordas* adorta sit cum magna sui clade; viriliter enim non solum repulsa est, sed & ultra centum in loco perditis, octo ex antesignanis huc ad nos secum apportavit, reliquis fuga sibi consulentibus. E converso tamen narrat, quòd cum Generalis *Cæsareus* *Viard* audito Principis motu cum viginti vexillis Germanicis & quatuor *Polo-*
nicis

nicis, à *Lubomirskio* contra nos datis, *Rosnaviâ* discessisset, eumq̃ Supremus *Vigiliarum* Præfectus *Regiminis* *Szallaiani* cum duobus Centuriis pro recognitione secutus fuisset, ex insperato rediit *Viard*, eundem inter pabulandum adortus est, viginti nostratis occisis, & plus minus triginta equis in prædam actis. Præterea eodem tempore *Domiaus* Generalis Baro *Paulus* *Andrásy* *Rosnaviam* eo fine, ut *Viardianis* reliquis insidias strueret, commendatus, & feliciter rediit, gratulabundus refert, bene cessisse structas insidias, quibus bipartitim collocatis, cum Germani fere ducenti securè longitè procederent, præter duos Officiales captivos huc ad nos ductos, internecione delati sunt, tribus saltem nunciis *Rosnaviam* redire queuntibus, & Generali *Viard*, (qui eadem horâ redierat) ob hanc cladem irâ fremente, & Principis cujusdam Juvénis fatum multum dolente.

Eperies, decimaquinta Januarii.

Hodie apud nos factio quædam ad corrumpendos civium animos per *Cæsareum* Generalem *Leffelholz* machinata, detecta est, de cujus complicibus strictè per Commendantem nostrum Dominum *Johannem* *Schreter*, aliàs Regni *Artholleriæ* Præfectum inquiritur, merita poenæ subjicendis; quicquid tamen agat hostis, nihil apud nos efficiet, qui vel saltem ob mantentionem Templi & Collegii, ante per *Austriacos* à nobis occupatorum, & per *Confederatos* Regni Status, in Generali transactione *Szétiniensi* redditorum, extrema parti resoluti sumus; præsertim cum *Tyrannica* crudelitas Generalis *Huister* jam passim nota sit, qui in omnibus Civitatibus Oppidis & Villis, redditas Ecclesias occupari curat, & ne cadaveribus quoque mortuorum *Evangelicorum*, in Templis illis, in spatio quatuor Annorum sepultis, parcat; sed ehumata foras projici jubet.

Ex Castris ad Danubium positis 18. Januarii.

Excellentissimus Dominus Generalis Campi *Marshellus* nostræ Comes *Antonius* *Eszterházi*, postquam relicta in parte *Trans-*
Danu-



Danubianā sub Commando Brigaderi *Szekeris*, sufficientibus copiis, penes Civitatem Regiam *Pest*, huc ad *Vác* penetrasset, no-
illum Passui versus *Ujvarinum* superfluo impedimentum, Militiam
Cæsaream, quæ heri Copias Colonelli nostri *Sóter* in fugam dederat,
adortus est, trucidatisq; circiter ducentis, longè à Passibus
retrocedere coegit, reliquæ verò Pedestres, quæ se in Monasterium
hujus loci receperunt, partim in captivitate deductæ, partim in ipso
insultu occisæ sunt.

*Ex castris Transylvanienſibus ad Somlyo positis
vigesima Januarii.*

Quamvis in his partibus, & præsertim *Debreczen* adhucdum
peſtis grassetur, Castra tamen nostra hæcenus intacta fuerunt,
& siquidem Dominus G. Campi Marſcallus Noſter Baro *Károlyi*,
cum majori exercitu parte ad Castra Serenissimi Principis
profectus sit, Generalis *Paulus Oroſz* modernus Commendans in
id præcipuè laborat, ut has partes contra excursions hostis de-
fensivè tueri, & *Magnum Varadinum* in strictissima Blokada con-
servare possit, Cæsaream enim sub Commando Generalis *Tige*, ad
tentendam Arcem *Kövár*, quæ optimè provisâ est, excurrendo,
ibidemq; inaniter laborando, Oppidum *Nagy Bánya* ingressus est,
à cuius Civibus bis mille aureorum extorsit, ac sicut fama spargit,
Varadinum adjuvare conatur.

*Ex castris Serenissimi Principis ad Hévéſ positis,
vigesimatertâ Januarii.*

Hodie in Castris nostris *TE DEUM* laudamus celebravimus pro
reportatâ heri Victoria, quæ in hunc modum accidit: Post-
quam Serenissimus PRINCEPS cum exercitu suo *Ujvarinum* versus
ire fuisset conatus, dum jam in Comitatu *Neograd* ad villam *Rom-
hány* Castra metari fuisset, advenit nuncius hostem sub Genera-
libus *Czikling* & *Croi*, cum Regiminibus Principis *Eugenii*, *Altha-
im*, *Latur*, *Ulfeld*, & *Hobenzeller*, & *Rasciano* uno, non procul ab-
esse

esse. Proinde reducto in ordinem Exercitu, eò factò Serenissimi
PRINCEPS præmissis ad recognoscendum, & velitandum ali-
quot levioris armaturæ Turmis, Pontem qui super rivum luto-
sum, Locus, dictum, stratus est, transire iussit, & vix tria Re-
gimina transferunt, dum hostis in lineas suas reductus, paratus ste-
tit, adeoque Copiis etiam nostris in lineas distributis, pari ab
utrinque motu, ad pugnam properatum est, cuius initium, dum
militia antehac *Potoecziano*, *Tartarica* faceret, & *Rascianos* cum
intermixtis Hungaris Cæsareanis à Militia Germanica avelleret,
ac penitus deleteret, aliæ quoque regulæræ desultorii ordinis du-
plicatum hostis ignem impeterritè exceperunt; ac ex post nudis
gladiis eos aggressi, eorum dextrum cornu disſeparant, & jam
completa omnis videbatur Victoria, nisi quinque circiter compa-
gnie ex sinistro hostis cornu in pedicatum nostrum irruiſſent, qui
cum aliqua ex parte equis conculcaturæ, & sic confusione facta
fugere inciperet, dum interea Equeſtris Militia Victoriâ proſe-
quitur; pedicatus verò per hostem accidit, equitatus noſter hæc
cernens, ad insperatam confusionem, pro succursu rediit. Un-
de hostis etiam disſiparus se recolligens, in loco suo substitit, &
cum nostros idem feciſſe animadverteret, paulatim ab utrinque
recessum est, maxima cum hostis clade, cuius ne tertia quidem
pars, & hæc quoque, cum multis vulneribus supermansit, reliqua
parte delata, & in captivitate accepta, cadaveribus quoque
maxima ex parte per nostros spoliatis, ac inſuper tormentis in di-
ſto rivo derelictis. De hoste, ipsi duo Generales, cum aliis mul-
tis Officialibus (de quibus ex post certius conſtabit) periſſe cre-
duntur, quorum equos, juxta captivorum relationem, cognitos,
noſtri in prædam egerunt, Supremò Vigiliarum Magiſtrò, Re-
giminum Principis *Eugenii*, cum aliis minoris ordinis Officialibus,
in captivitate deducto. Ex nostris verò, Vir probatæ fortitudi-
nis, *Babotsay* Brigaderus equeſtris, & multis actis strenuus, Vice-
Colonellus Regiminis *Szent-Ivaniani Betse*, cum aliis quindecim
Officialibus Pedestribus, occubuit; *Gregarii* verò ex equitatu vix
quinqua-



quingenta, ex peditatu verò ferè ducenti occubuerunt: totidem ferè, & plurimum per capita ab equeſtri hoſte vulneratis, ac ad hæc uno Capitaneo Regulatæ militiæ, præter aliquot inferiores incaptivato. Cæterùm, prout colligere licet, hic jam aliquot dies morabimur, donec Militia bene quieſcat, expoſt *Ujvarinum* verſus ituri, & abinde in *Moraviam* & *Auſtriam* excuſiones facturi.

Leutoroviæ, vigesima quarta Januarii.

Mirabilis hæc apud nos caſus accidit, poſtquam enim virtute Dñi Generalis Baronis *Stephani Andraſi* Commendantis noſtri, & *Urbani Czelder* Brigaderi, Colonelli, totiuſq; Militiæ Præſidiariæ & Civitum, Cæſarei ſub Commando Generalis *Leffholtz* ab inſultu repulſi fuiſſent, hoſtis fraudem aggreſſus eſt, ac corrupto per ſecretam factionem *Archolleræ* noſtræ Inſpectore, unum ex propugnaculis, & magnam partem muri pulvere pyrio, ad centrum ferè paſſus everti juſſit, & quamvis ad hunc caſum præviâ die, inaniter cum militia comparuerit, poſt caſum tamen alterâ, denuò rediit, & Civitatem dedi ſibi poſtulavit, cui tamen prætitulatus Dominus Commendans noſter generoſè repoſuit: Nec Generalem *Leffholtz* decere, per illam aperturam, vulgò *Preſi*, intrare, quam nebulo ille perduellis fraudulentè fecit, nec ſibi exire. Proinde, tota nocte indignabundus quatiebat muros noſtros, & pluſquam ducentas bombas injici curavit, inſimulq; quadruplicem inſultum tentavit, fortiter tamen ſemper repulſus eſt, ac tandem denuò cum magna ſui clade, diſcedere coactus, minis plenus.

Ujvár, vigesima sexta Januarii.

Feliciter ad nos rediit, Dominus Brigaderus *Adamus Balogh*, ex Plaga *Trans Danubiana*, qui Civitates *Sz. György*, *Mádor*, & *Bazin* Cæſareanis præſidiatas, inſultu occupavit, ſalviſque Civibus, Præſidiarios omnes ad unum delevit, ipſo quoque Generali *Long* vix clanculariè ſeſe ſalvante, cujus omnis Bagaglia, cum aliorum

aliorum quoque Officialium Supelleſtilibus, quas ſecuritatatis grãtia ibi reliquerunt, in prædam ceſſit. Pari fortuna uſa eſt alia quoque *Parthia noſtra*, in Comitatum *Nitrienſem*, ad comportandum commatum exmiſſa, quæ dum inſperatè in Supremum *Vigiliarum Præfectum*, *Regiminis Cziking*, Militiam Peſtrem ſecum habentem propè *Bajótz* incidiſſet, fortiter aggreſſa eſt, ipſoque Commendante *Oſſi*, cum tota militia trucidatò, conjuges *Vice-Colonelli Flug*, & aliorum duorum Capitaneorum, cum ſexaginta captivis huc deduxit. Cæterum triſtis ad nos relatio pervenit, de violenta nece Domini *Fodor*, unius *Regiminis Peſt* ſtris Ordinis Colonelli, apud *Hoſtem* captivi, quem cum aliis quatuor Officialibus, Generalis *Haiſter*, ob juſtam & de Jure *Belli* neceſſariam, licitamque, perfidi illius *Deſertoris*, *Oſkai* executionem, manu carnicis decollandum curavit. Ob quem indignum caſum, ac iniuræ *Cartellæ* inconvenientem, omnis Militia concitata eſt, adeoque ad *Sereniſſimum Principem* Legatio miſſa eſt, hanc crudelitatem, ex nece aliorum captivorum ulciſcatur, quæ omnino Jure reſpreſſali, in magnis *Viris* brevi retaliabitur.

Homonnæ, vigesima octava Januarii.

Excellentiſſimus Dominus Supremus Generalis, Comes *Bartſenyi*, hic moratur, qui non modò ad reſiſtendum hoſti *Leutoroviam* oppugnant omnia diſponit, ſed præcipue exteriſ negotiationibus, quas abſens *Sereniſſimus Princeps*, univerſas eidem procurandas concedidit, dies, nocteſque incumbit. Cæterùm audivitur, ſiobus Regni approximare *Triginta* quoque Cohortes *Polonicas* *Reipublicæ* reductas, quæ ſervitiis Regni acceptaturas ſe reſolverunt: prout etiam *Commiſſarii* jam obviam iis miſſi ſunt. De Militia autem *Palatini Kioviens*, jam *Cæſareæ* Majſtatis mens quietata eſt, cum ea ad actualia ſervitiis noſtra ſe obſtrinxerit. De Pace alium eſt ſilentium, quam *Cæſareani* (ut *Bonis Noſtris* ſe explere poſſint) ejuratè videntur, *Sed meliora DEUS & dicit.*



Handwritten text at the top of the right page, possibly a library or collection number.

MERCURIUS DEPIDIVS
HUNGARIA

Handwritten text in the lower half of the right page, including a prominent number 'R 278/7-6'.

R 278/7-6



Anno Millesimo Septingentesimo Decimo.

MERCVRIVS VERIDICVS

EX

HUNGARIA.

Bartphæ, die tertiâ Februarii.



X face hominum Rutheniæ nationis, per certum Ruthenicum Parochum & perfidum quendam Patriæ proditorem *Pavulum Korotnoky*, spe & affidatione liberæ prædæ collectâ colluvies, pagos & villas Regni Hungariæ Confiniis proximas, more prædanico sæpe irumpere, factâq; univseram miseræ Plebis fortunarum rapinâ, rursus in vicinum Regnum Poloniæ semet recipere consuevit, cui prædoci- nio cum alia ratione in Partibus Hungariæ, propter limitum conjunctionem obviari non posset, industriâ Commendantis *Bartphænsis*, cum noticia Domini *Musiniensis*, ac Capitaneatus *Szontsensis* in Confiniis Regni Poloniæ ad *Besakéd*, quo videlicet semet recipere assolebant, oportuit passuum custodes, milites nostros, ubi iidem Prædones ad initium Mensis Currentis villas nonnullas prædæ subiecissent, immediatè ipsos persequi, qui in Sub-Urbio *Tillicensî* in duabus Domibus, ubi ordinariè conservabantur, in actualibus choreis adorti, occasione eadem decem eorum decolati, aliquot læsi sunt;

S

unus



Unus verò captivus adductus fateatur eosdem ad Capitanum Szonderzky spectare, & usque dum armari poterint, ad faciendum Partibus istis tumultum, & exercendam prædam subordinatos esse.

Ex Károly, Die sextâ Februarii.

Diebus proximè præterlapsis Cæsareani in Transylvania rescientes, quòd Partium harum Militia nostra Serenissimum Principem secuta esset, ex Transylvania erumpentes, Castellum Hadad in Confiniis Transylvaniæ situm (quod nuper in cassum obsiderant) iterum tentare cœperunt, ubi Comes Stephanus Csáky, occultâ fraude, diversisque pollicitationibus, & promissis circumventus, & se & castellum Cæsareanis in deditionem tradidit; ubi certis pro Præsidio relictis, vicissim in Transylvaniam reversi sunt.

Eperjesino, Die septimâ Februarii.

Intra respitrium trium septimanarum (quod occasione nuper factiosè egesti in ærem propugnaculi, Hostis Præsidiaris & Civibus Leuschoviensibus concesserat) per Colonellum Georgium Nékházy, cum certa equestri Militia, ea de causâ illum expeditum debitus succursus est alatus, ac de pane, globo & pyrio pulvere satis, superq; in tempore Leuschoviae provisum est. Generalis Goltz adhuc Lyublovia manet, indeque ex tredecim Oppidis Lubomerskiano Scepusiensibus tributa mandar pendere, ac necessarium comearum repartitione factâ, undique ex iisdem ad sustentandam suam Militiam convehitur.

Ex Castris ad Sz. Mártonkata positis.

Die octavâ Februarii.

Hic hodiè Militiæ Poloniæ Commendans Joannes

Joannes Grundetzky, aliàs Capiraneus Rudensis, Vir eximie Virtutis, ob præclara acta sua, & merita, heroicaque vel maximè ad Romhani proximè exhibita facinora, in sublimiorem Militaris dignitatis gradum evectus, & Solenni ritu, à sua Serenitate, Generalis Vigiliarum Præfectus declaratus est, cui etiam ut uberior ad gloriam campus aperiretur, ad Excellentissimum Campi-Marschallum Comitum Antonium Eszterházy Ujvarinum verus, cum certa parte Militiæ Poloniæ est expeditus; Ipse autem Serenissimus Princeps cum reliqua Armada inter Danubium & Tybiscum, de nova contra Rascianos expeditione disponit; hi enim prædabundi magnò numerò ad Szegedinum congregari, indeque ob vicinorum locorum pecora excursionem moliri feruntur.

Ujvárino, Die decimâ Februarii.

Hodie noster Campi-Marschallus Comes Antonius Eszterházy, contractis undique copiis, & associato sibi etiam Generali Vigiliarum Præfecto Grundetzky, versus Tavarnak & Nagy-Bosán, dicta Castella, sumpsit expeditionem; his enim in locis Cæsareanos ad vestendam Imperatoris Armadam, Munduram quam plurimam, uti & Arma, nec non Annoam magna quantitate congestisse, fama est. Restè nunc Nuncios advenire referens, ex Trans-Danubiana Plaga, duo Cæsarea Regimina Prainer & Senborn ad Insulam Csalloköz se contulisse, ex eo quòd Generalis Eszterházy specialem aliquam diversionem tentaturus crederetur.

Eperjesino, decima quintâ Februarii.

Quod nec tormenta, nec bombæ, nec insultus, aut minæ, aut ingentia promissa, à Generosis Leuschoviensium animis extorquere poterunt, hoc unius proficitur



stituta famina blandimenta & lenocinia effecerunt, hæc enim dum post heroicam præstantissimorum Officialium resolutionem, & laudabilem semet trium mensium defensionem licentiosius, repetitisq; vicibus ad Hostem (loci Commendantem conivente) exire redireq; liberè permitteretur, non erat satis ut ipsa ibi corrumpetur, verùm intus etiam Caput ipsum Præsidii, Commendantem scilicet, in occulto corrumpit; brevi tamen & hoc in lucem prodit, deditq; ansam Brigadero *Urbano Czelder* hæc de re alios (quos maximè fidei tenaces nôster Officiales) in secreto admonendi, & viis modisque omnibus quàm sagacissimè invigilandi; at longè accuratior erat perfidia Commendantis, ubi enim patefactam jam esse suam nequitiam advertisset, præcipitem Consilii affectuationem ratus, ut eodigam effugere pœnam suæ factionis participes advocat, hisque ad duas portas collocatis, hostem maturare ingressum sollicitat, sicque nefando tandem scelere toties repetitâ Commendantis Baronis nempe *Stephani Andrásy*, misera Civitas turpi factione prodita est, eoque graviore malo, quo iniquius Præsidiariorum Civiumque vitas & substantias ad gratiam & disgratiam absq; omni capitulatione hosti tradere non erubuit.

Ujvarino, Die decima sextâ Februarii.

VAlde commodè accidit nobis, quòd Castella *Tavarnok* & *Nagy Bószán* Cæsareò nuper munita præsidio, nunc vel ad conspectum nostri Marschalli Comitis *Antonii Eszterházy*, in gratiam & disgratiam, potestatis Nostræ facta sunt, hic præda ingens præda, *mundura*, arma & tormenta quædam campestria, farina vasa septingenta, comeatus denique & provisio omnis generis in copia reperta & feliciter huic convecta sunt, Captivi insuper

insuper trècenti adducti; anxie non parum spartam hanc, quòd Cæsareani ex circumjacentibus excubiis ac Insulâ *Csallokz Prajmeriano* & *Senboriano* Regiminibus aucti sollicitè Nitriam semer contrahentes, multifariè in reditu Milites nostros aliunde onustos prædâ, impedire conati sunt, gloriosè tamen ternis vicibus per nostros repulsi, incolumes *Ujvarinum* cum omni comeatu advenerunt.

Ex Castris ad Szent-Martonskata positis,

Die decima septimâ Februarii.

ABieramus cum toto Exercitu contra prædabundos Rascianos, qui circa *Szegedinum* congregati ferabantur; sed audita de motu *Serenissimi Principis* famâ, dispersi, iterum in interiores Tybisei sinus diffugerunt.

Szathmarino, Die decima octavâ Februarii.

AD proximè per fraudem *Csaky* tradicum Germanis Castellum *Hadad* recognoscendum, exmissus Colopellus Noster Valachorum, *Balica* dictus, obvius sibi Præsidiariorum feliciter consudit sub Ipso Castello, ubi ultra centrum ex iis perierunt, captivosque viginti adduxit, qui *Etsedinum* hinc deducti sunt.

Cassoviæ, Die vigesima secunda Februarii.

NON parvam causam admirationem inexpectatus nuperæ prodicionis *Leutschowiensis* casus, & ne majoribus confusionibus in proximis Præsidis casus hic occasionem daret, Dominus supremus Regni Generalis Comes *Nicolaus Bertényi*, hic existens, omni studio prævenire conatus est, prout statim missis ad Commendantem adhortationibus, & factis dispositionibus, ad resistendum, ubique confusionem passus sunt Cæsareani, nam proditorem illum *Andrasium* circumduxerunt, quasi in spectâ,



ſpectaculū, & Arcem Scepuſienſem cum Generali *Hartle-*
ben primo tentarunt, ubi tamen eluſi ſunt, ac dum fortitu-
 dinem Comēdantis experti fuiſſent, ad tentandam Ar-
 cem ſuam *Kraſnaohorkām* verè deſpotico expoſitam ſpe-
 ſtaculo *Andráſium* duxerunt, ac die vigefima quarta Fe-
 bruarii, cum Generali *Ward*, contractis ex Roſnavia
 militia, eorū appulerunt; erant enim in *Kraſnaohor-*
ka, & proles, & uxor ſupelleſtiliaque omnia ejuſdem
Andráſi, collocata, fuitque Hæreditarius Dominus ejuſ-
 dem loci, ſperavit itaque quod quantocius ſua indu-
 ſtria occupari poſſit, ſed Fratre ejuſdem uterino Gene-
 rali Noſtro Vigiltarum Præfecto, ibidemque Commē-
 dante *Georgio Andráſi*, magnanimitè & conſtanter ſemer-
 gente, non ſine parva confuſione perſidiam ſuam eru-
 beſcendo in caſum recedere debuit.

Cæterum ex iſtis qui *Leutichovia* in Præſidio fuerant,
 in dies huc ad Dominos Generales veniunt Milites, par-
 tim profugi ex iis qui ſervitia accipere coacti ſunt, par-
 tim verò qui noluerunt, referuntque prodicione facta,
 educōs Præſidarios in tres partes, ad proxima loca
 excubialia diviſos & diſtractos; Brigaderum *Urbanum*
Cælder fraudulenter, & ſub ſpecie tractandæ Capitula-
 tionis exmiſſum (ſiquidem partes Cæſareanas amplecti
 recuſaſſet) in captivatum, ac ad vicinum Cæſareum
 Præſidium *Keſmark* deductum eſſe. His peractis, ac in
 prodicionem actâ civitate, præcipuis ex Magiſtratuali-
 bus, & quibusdam primariis Nobilitatis, civilisq; con-
 ditionis hominibus pariter inareſtatis, multiſariis præ-
 tenſionibus, & oneribus afflictam civitatem aggravari,
 ſublato etiã liberò Religionis Exercitiò, Templum
 quoque Auguſtanæ Confeſſionis, contra jus & æquum
 eò factò occupatum eſſe; ſicque nihil aliud miſeros Ci-
 ves, quàm deplorantes fortunas ſuas, & nefariam An-

dráſy factionem execrantes, priſtinum ſtatum ſuum
 unanimiter & anxie anhelare.

Ex Károly, Die vigefima ſexta Februarii.

Raſcianorum ad Maruſium circa Aradinum ſitorum,
 duo ferè millia ſe congerentes *Debretzenium* excur-
 rere auſi ſunt, locorumque ibidem quorundam pecora
 abigere ceperunt, omnem plagæ illius militiam, cum
 ſua *Serenitate* eſſe arbitraci, oportune verò appulit *Co-*
lonellus Noſter *Nyúzó* diſtus, cum ſuis & Commēda-
 tis Polonicis cohortibus, eosdem Raſcianos inſequen-
 tes vigefima tertie præſentis, ad fluvium *Körös* eosdem
 proſtigarunt, non modo prædam omnem recuperarunt,
 ſed majori parte eorum caſâ, vexilla duo, & quadra-
 ginta curruſ Raſcianorum, (quibus ii in excuſſionibus
 & pugnis uti ſolent) ac captivos ultra quinquaginta re-
 tulerunt.

Eperjeſino, Die vigefima ſeptima Februarii.

Hodie primùm nobis appulit exemplum, de Zelo a-
 moris Patriæ detentorum *Leutichovia* Militum no-
 ſtrorum, ex quibus quadraginta cum aliis Germanicis,
 & quodam Officiali Germanico, Commēdati, captâ
 primâ occasione eundem officialem cum reliquis, in
 ipſo Commendo occiderunt, & noſtri ruruſ ad noſtros
 redire velle, & niſi jam diviſi fuiſſent in partes,
 reſolverunt heroicum quid ſe probare
 velle, & ſic in memoriam proditi-
 oriæ detentionis ſuæ, glo-
 rioſius redire.





Anno Millesimo Septingentesimo Decimo.

MERCURIUS VERIDICUS

E X

H V N G A R I A.

Ujvarinò, *Vigesima octavâ Februarii.*

Post felicem nuperum ad *Egerszeg* cum hoste actum, obtentisq; Præsidii Germanicis *Thavarnok & Nagy Bosfany*, Excellentissimus noster Campi-Marschallus Comes *Antonius Eszterházy*, Militiam sub Commando suo habitam tãncisper pro refocilatione contraxit, brevi aliàs diversiones tentaturus.

Ujvarinò, *secunda Martii.*

UT hosti diversiones causet Campi Marschallus Noster, Dominus Comes *Antonius Eszterházy*, Militiam suam in tres subdividendo Partes, unam directè *Moraviam* versùs, alteram ad *Insulam Csallokbzy*, tertiam autem in Comitatus *Trentsiniensem & Thurocxiensem* cum sufficiens apparatu expedivit, quæ ubiq; felices progressus obtinuit; *Parchia* enim cum *Brigadero & Colonello Adamo Balog* in *Moraviam* tendens, circa *Tyrnaviam* obviam sibi habito *Regimine Cæsareo Stirhaim*, ad pagum seu villam *Czifer*, strenuè cum eodem conflixit, ex quo ultra ducenti cæsi, non pauci capti, reliquos in fugam adactis, quâ sibi confuluerunt, certa verò Pars dicti *Regimints* semet sub ipso prælio ad Castellum in mentionato loco *Czifer* existens recepit, unde *Militiæ nostræ capitulatione* mediante se tradere adacta, indeq;



deq; tam Officialēs, quā & Gregarii, ademptis armis, equis
& reliquo apparatu *Tyrnaviam* ad Praesidium Caesareum redire
permissi sunt; Parthia hæc finito feliciter præscripto actu, non
ut desitisset à proposito suo, indeque reversa fuisset, quin imò
partam prædam, captivosq; *Ujvarinum* remisit, ulterius inten-
tionem suam, solerti, fortiq; animo coactivando, ac per *Mo-*
raviam in Austriam gloriose ferè usque *Viennam* penetravit, quo
audaci actu, non exiguum earundem Provinciarum Incolis,
totiq; eidem terræ incussit terrorem, sibi verò gloriam, ac præ-
dam comparavit; Altera Parthia, quæ ad Insulam *Csalloköz*
cum Colonello *Georgio Pestò* ordinata, pari formiter in alterius
Praineriani videlicet Regiminis partem incidendo, eundem ho-
stem feliciter confudit, ex quibus à potiori deletis, reliquis in
fugam adactis rediit, unde plus quàm centum equos, cum o-
mni apparatu & armis, pro præda secum sumptis, unum Ca-
pitaneum Regiminis ejusdem cum triginta reliquis captivos huc
Ujvarinum adduxit; Tercii Ordinis Parthia eadem, ea etiam
optato cum eventu reversa est ex Comitatibus *Trencinienfi* & *Thu-*
rotziensi, ubi primum Bagasiam, hominesq; ad eandem existen-
tes, Generalis Caesarei *Steinvil* offendit, qui animadvertendo
nostros, ad Castellum *Mositz* dictum jam circa vesperum se re-
ceperunt, & ne nostrates eandem Bagasiam pro præda habere
queant, eadem nocte currus, & reliqua impedimenta igne con-
sumendo homines cum equis nocturno tempore clandestine se
se subdlexerunt, fugamq; sibi consuluerunt, tandem in certos
perfidios Patriæ Proditores incidendo, ex iisdem nonnullos tru-
cidavit, condignam poenam perfidiæ suæ subeuntes Annonam
(in quem finem expedita fuit) pro Praesidio *Ujvarienfi* feliciter
introduxit.

Cassovia, quarta Martii.

Hodie huc adventit Colonellus *Ladislavus Bagosy* cum duobus
Regiminibus Pedestris Ordinis, pariter quoque Equestri
Militia hic circumexistens, huc contrahitur, brevi terræ diver-
siones instituentur.

Ex

Ex Krafznahorka sexta Martii.

Hodie rectè Generalis Caesareus *Viard* cum viginti cohortibus
suis equestri ordinis *Rosnavia* movit, iter suscipiens versus
Civitatem montanam *Szomolnok*, inde quoniam tendit ulterius
adhuc incertum, id tamen ex certa relatione nobis constat, ve-
xilla seu Cornetas eorum (quod antehac non solebat) secum
accepisse, & quemlibet militum pro septem diebus Annonam,
Pedicatum vero cum tota Bagasia in circumferentiam Templi
pro securitate collocavit; hæc dijudicari potest, non ita citò
reversurum, sed aliquas notabiles diversiones tenturum.

Eperjesinò, octava Martii.

Hæc expedieramus Parthias, tam *Leutschoviam*, quā & *Szo-*
molnokinam versus, pro recognitione hostis, utraq; hodie
reversè refert Generalem *Viard Rosnavia* cum equestri Militia
movisse versus *Szomolnok*, inde ulterius habere intentionem, sed
quo, nescitur; Generalis quoq; *Leffelholz Leutschovia* contrahit
actu suas copias.

Cassovia, Nonâ Martii.

Cæsariani excubias suas in Montanis ulterius extendere volen-
tes, in Civitate montana, *Metzenzeiff* dicta, novum extru-
ere vallum ceperunt, ad quod impedimentum Supremus Regni
Generalis, hinc tam Equestrem cum Colonello *Paulo Szalay*,
quā Pedestrem, sub Colonello *Bagosy*, subito expeditiv Militiam,
quæ ibidem Caesareanos aperto peccore aggressa, vallum
jam ferè perfectum occupavit, & Militia Caesarea perditis ultra
quadraginta ad interiora Templi præ alto muro Cemeteryi citè
cumdati, se recepit, unde sequenti nocte, de relicto loco inhu-
matis relictis corporibus, se clam receperunt intra montes *Szo-*
molnokienfes; nostriq; destructò & deactò vallò, feliciter re-
dierunt, uno Capitano, duobus Gregariis mortuis, & novem
sauciatis ex nostris.

SS



Eperje.

Eperjesinò, decimâ Martii.

Nunc restè advenit rumor, quòd Generalis Cæsareus *Leffelholz* repentino motu heri continuaverit iter *Cubinum* veteris, quæ civitas hinc duobus non magnis distat milliariis. nec secus Generalis *Viard* cum suis copiis eò pro conjunctione properaret, infallibiliter eosdem huc ad nos tendere, supponimus, sumus tamen pro omni casu, & occasione parati.

Eperjesino, duodecima Martii.

Die Decima præsentis Generales Cæsareani *Leffelholz*, *Viard*, & *Hartleben*, qui & perfidum Patriæ Proditorum *Stephanum Andrasi*, (velut in catena usum nefando solum hominum spectaculo circumducunt) cum toto exercitu huc ad Civitatem nostram venerunt, quibus obviam eundo Colonellus *Joannes Nagy*, *Jauri*ensis, Inlyti Regiminis Supremi Regni Generalis *Karabini*orum Commendans cum Militia hic existente Equestri, ab hora nona matutina, usque ad horam tertiam pomeridianam, continuas velitationes exercentes, impetus iteratos hostiles viriliter sustinuerunt, imò resistendo iteratis etiam vicibus hosti non contempnendum damnum causarunt, tandem fatigati amplius vim hostis susterre haud potuerunt, semet ad suburbium retrahere adacti, quos inimicus cum summa desperatione, & temeritate insecutus, usque ad interioris Civitatis portam prorupit, ubi non strates tam Officiales quam & Gregarii ex equis desiliendo intra Palafaras substiterunt, ab undique pari audacia elacritate, & fortitudine animi hostem repulerunt, ita ut recedere inde coactus est. Ea occasione ex Cæsareanis ultra centum occisis, præprimis certo Officiali lethaliter sauciato, qui Colonellus esse auditur, cujus casum Generales Cæsarei magno dolore sentiunt, aliquot captis, multis intra præliandum sauciatis; Ex nostratibus verò septemdecim desideratis, & duobus Laidinantis nostris in captivitatem abductis. Sequenti die undecima videlicet, medio certè Monachi per literas Civitatem tradendam, Generalis *Leffel-*

Leffelholz petiit, qui quidem in Civitatem intromissus, non tamen remissus, nec ad literariam petitionem ullum responsum datum. Iterato per *Tubicinam*, & *Tympanistam* Civitatem impudenter sollicitavit, qui nec ad colloquium admissi, quin immò loco resolutionis ictibus globorum, & ejaculationibus repulsi sunt. Tandem cum vidisset *Leffelholz*, nudis verbis nihil posse efficere, ad mortis tribus mortanis, ab hora octava diei hesternæ vespertina, usque hodiernam matutinam octavam Bombarum ejaculationes incessanter continuari curavit, ultra centum Bombis in Civitatem injectis, nullum tamen notabile damnum causantibus, præter aliquot equos, partim læsos, partim occisos; His quoque peractis denud Civitatem tradendam postulat, variis excogitatis grâtiis, & pollicitationibus animosam Præfidiariorum, quam & Civium corrumpere sagagens, irritò tamen conatu; Generosa enim resolutio nostrorum Officialium, ad contemnenda ea omnia animos nostrorum induxit, & sic Divina opulante clementia, hostis cum dedecore, ac confusione sui hodie recedere coactus est. Miretur quisque tot Generalium temerarium hunc actum, qui locum tam sufficienter Præfidiatum, quam & omnibus necessariis requisitis satis superque munitum vili apparatu aggredi non erubuerunt. Unde facile credibile, habuisse hic inter nos (prout jam antehac etiam inter ipsum inimicum spargebatur) aliquos iniquam factionem spirantes Patriæ Proditors, haud dubiò eorum affidatione ducti, ea attentarunt, qui rigorosè investigantur, ac si comperientur, debitas sceleris poenas subituri.

Ujvarinò, decimaquartâ Martii.

Colonellus noster *Georgius Pettò*, qui noviter cum certa Parthia ad Insulam *Tsalokkòz* expeditus excurrerat, incautus ibidem oberantes, quatuor milites Germanos sibi obvius intercepti, quibus ab incognito Commendans quoque Præfidii Cæsarei *Szerdahelyensis* interfuisse dicitur, qui in reditu ejusdem Parthia



Partiæ quodammodo è manibus nostrorum fuga se subduxit, ac ad Præsidium suum rediit, ubi reliquis quoque succurrere volens, acceptis secum ex Præsidio circiter centum Gregariis, prædictum Colonellum nostrum in statione proxima cum suis subsistentem, ac quiescentem, nocte in tempesta ex improvise aggressus est, per nostros tamen non minus fortiter exceptus, verum post diuinam luctam & pugnam, extremè confusus, ipse Commendans cum viginti tribus huc in captivitatem adductus, reliquis autem ad unicuique deletis.

*Ex Sancto Nicolao, ad Transylvaniam decima
quinta Martii.*

De undecima præsentis Generalis Cæsareus *Grassen* dicitur, ex Partibus Transylvanicis cum duobus Millibus Equitum Germanorum, & ducentis circiter Rascianis versus Postirungalem lineam nostram procedendo, ubi in Partiam nostram (quæ à Brigadero nostro Barone *Georgio Palotsai*, eodem in promptu cum copiis Hungaricis, & quibusdam Polonicis Cohortibus adventum hostis expectante, pro exploratione exmissa fuerat) incidit, eandemque veloci cursu, usque ad ipsa stativa prædicti Brigade, eii insecutus est, verum ibidem post indefessam à meridie ad septem usque vesperum durantem acrem velitationem, tandem compluribus ex Cæsareis casis, multisque interceptis repressus hostis eadem adhuc nocte rursus in Transylvaniam prioraque stativa sua, cum detrimento sui retrocedere debuit.

Cassoviæ, decima sexta Martii.

Post nuperum Generalium Cæsareanorum *Lesselholz*, *Hartleben* & *Viard* factam conjunctionem, & in casum ad *Eperjesinum* institutam diversionem redux Generalis *Viard*, ad stativa sua *Rosnaviam*, eo motu rursus per passum *Skomolnokiensem* pariter Cæsareo munitum Præsidio ad Castrum nostrum *Jásó* prædabundas suas exmisit cohortes, verum eo cum rectè illuc appellente, cum

cum ducentis selectis pedibus *Paulo Kamotsai*, Regiminis Supremi Regni Generalis Pedestris Ordinis Vice Colonello fortiter eidem resistente, ultra quadraginta ex Cæsareis amissis, & plerisque faucibus, nostrorum trium duntaxat damno recessit.

Ex Castris ad Késér positis, vigesima tertia Martii.

Serenissimus Noster Princeps, Generalis Campi Marchallum, Dominum *Alexandrum Károlyi*, hinc cum cetera militia *Ujvárinum* versus, pro instituendis ulterioribus dispositionibus ordinavit, ac expedivit, cujus occasione, siquidem Plaga hæc, omnî necessario comitatu, frumento, videlicet carne & pabulo abundaret, ne eadem militia cum præfato Domino Generali Marchallo ordinata, in casum eo quoque procedat, aliquot millenos cubulos Annonæ ad dictum Præsidium *Ujváriense* exmisit; Et siquidem nonnulli officialium, præprimis præscriptæ Annonæ Equos suos onerare recusassent, Sua Serenitas præmisit præfatum Dominum Generalem Campi Marchallum, cum eidem adjunctis copiis datis ejusmodi ordinibus, ut progrediendo, in certo loco, seu Pago *Gödöllő* dicto, idem Dominus Generalis Marchallus subsisteret, qui etiam abductis motis copiis Ordines Sua Serenitatis observavit, interea Serenissimus Princeps *Ujvárinum* destinatam Annonam, residuæ parti militiæ penes se relicta deserendam tradidit curavit, ac ut ad id eo promptiores reddat Officialium animos, proprio equo, cui ipse Serenissimus Princeps insedit, certam Annonam imponi curavit, & sic exemplò Sua Serenitatis ducti, reliqui etiam eo majori alacritate id fecerunt, taliterq; Annonam ad stationem, ubi Generalis Marchallus *Alexander Károlyi* subsisteret dedulit, ac ibidem copiis cum eodem Domino Generali existentibus *Ujvárinum* promovendum resignavit, his itaque expeditis Sua Serenitas huc rediit, prætolando à relatione ejusdem Domini Generalis de ulterioribus progressibus, nos verò interea in coercendis Præsidii Cæsareis hic subsistimus.

Cassoviæ



Cassoviæ, vigesima sexta Martii.

Certa huc ad nos pervenit relatio Generalem Viard, cum E-
questri Militia sua, utpote viginti vexillis Germanorum,
& quinque Polonicis rursus erupisse, usque ad Oppida *Szilko*
& *Szerdó*, nè fors intentione illa, ut certi pediatús nostri
(quemex Plaga Trans-Tybisca, huc semet transferentem inau-
derat) transirum præpedire possit, verùm spe illa frustratus,
redireq; coactus invanum institutam diversionem suam,
non nisi abactione pecorum, & expilatione miseræ
Plebis, per quas villas eum transire conti-
git, vindicavit.

